



# Disputatio juridica inauguralis de tutelis

<https://hdl.handle.net/1874/347243>

DISPUTATIO JURIDICA  
IN A U G U R A L I S  
D E

T U T E L I S,

Q U A M,

FAVENTE DEO TER OPT. MAX.

*Ex Auctoritate Magnifici D. Rectoris,*

D. HERMANNI van HALEN,

S.S. Theologiæ Doctoris, ejusdemque Facultatis in Inclytâ Academiâ  
Ultrajectinâ Professoris Ordinarii, Verbiq; Divini ibidem in  
Ecclesiâ Praconis,

N E C N O N

*Amplissimi Senatus Academici consensu, Nobilissimæque  
Facultatis JURIDICÆ Decreto,*

PRO GRADU DOCTORATUS

Summisque in UTROQUE JURE honoribus & Privilegiis  
ritè & legitimè consequendis,

*Eruditorum examini subjicit*

ARNOLDUS DE VOORNEN, Ultraject.

*A. D. 3. Augusti, hora locoque solitis.*



TRAJECTI ad RHENUM,

Ex Officina FRANCISCI HALMA, Academiæ  
Typographi, clō lōc LXXXIX.

*Honestissimo ac integritate  
Conspicuo VIRO,*

**D. ANTONIO**

**D E**

**V O O R N E N,**

**Patri suo Charissimo omnique  
filiali amore prosequendo, ve-  
nerando Colendo.**

*Hæc Theses Inaugurales ex  
filiali & singulari affectu*

Offert & dedicat

**ARNOLDUS DE VOORNEN,**

**AUCT. & RESP.**



DISPUTATIO JURIDICA

INAUGURALIS,

DE

TUTELIS.

THESIS I.



Ostquam aliquot animo meo materias in Jure nostro pervolvisssem, tutelarum materia inter alias non inferiorem mihi mereri locum, visa fuit. Disputaturus itaque de tutelis, primo earum definitionem præmittere haud inutile duxi.

I I.

Tutela itaque (servio definitore) est vis ac potestas in capite libro, ad tuendum eum qui propter

A 2

ata-

#### 4 DISPUTATIO JURIDICA

ætatem suam sponte se defendere nequit, Jure Civili datâ ac permissâ. *l. 1. ff. b. t. § 1. inst. b. t.*

#### I I I.

*Vis ac potestas*, hæc verba significant auctoritatem & facultatem. *In capite libro*: hæc tam ad pupillum quam ad tutorem referri possunt. *Vid. Harp. ad tit. de tut. num. 11. § seqq.* Ratione pupilli intelligitur librum tam à patria quam à Dominica potestate; cum vero inspicimus illas voces, *ad tuendum eum*: mox animadvertimus tutelæ scopum atque finem, nempe tuitionem; deinde distinctionem tutelam inter & Curam: tutor enim principaliter personis: § 3. *inst. qui testam. tutor. dari poss.* Curator rebus *l. 20. ff. de ritu nupt. datur.*

#### I V.

Tutela triplex est: Testamentaria, legitima, & dativa, *l. 52. Cod. de episc. & Cler. § 3. inst. b. t. juncto principio inst. de Attil. tut.* datur legitima, id est tutores legitimi à lege XII. tab. immediate vocantur. *l. 5. princ. ff. de legit. tut.* permittitur tutela, quæ prius data est aut testamento aut à magistratu. *l. 6. § 2. ff. de tut.*

#### V.

Pater liberis impuberibus in potestate constitutis etiam exhæredatis, testamento vel quod perinde est  
codi-

codicillis testamento confirmatis *l. 3. ff. de testam. tut.* recte tutorem constituit, ita ut Jure Justiniano confirmatio magistratus insuper necessaria non sit. *l. 4. ff. de testam. tut.*

V I.

Mater vero non nisi liberis impuberibus hæredibus institutis tutorem dare potest *dicta l. 4. in princ. ff. de testam. tut.* qui tunc demum tutelam geret cum prævia inquisitione à magistratu confirmatus fuerit. *dicta l. 4.*

V I I.

A patre minus recte datur itidem confirmatione non tamen inquisitione magistratus opus habet. *l. 4. in fin. ff. de testam. tut.* & *l. 3. ff. de confir. tut.* nisi filio naturali cui nihil relictum est, pater tutorem dederit. *l. 7. in princ. ff. de confir. tut.* is etenim sine inquisitione non confirmabitur *dicta l. 7.*

V I I I.

Ad hoc ut Patronus, Patruus, vel quivis alius extraneus tutorem à Magistratu prævia inquisitione confirmandum dare possit, requiritur, ut ille, cui aliquis dandus est, & hæres ab eo institutus sit, & extra bona ab illo accepta nulla alia habeat. *l. 3. ff. de confir. tut.*

## I X.

Potest autem tutor testamento dari, non solum pater-familias sed etiam filius-familias *Prin. inst. qui testam. tut. dari. poss. § l. 9. ff. de his qui sunt sui vel alie. Jur.* quia tutela est munus publicum, in muneribus autem publicis filius-fam. pro Patre fam. habetur. *prin. inst. de excusat. tut. l. 6. ff. de his qui sunt sui vel alie. Jur. l. 14. ff. ad SCt. trebell. & ideo etiam fæminæ ad eam non sunt admittendæ. l. 16. § l. ult. ff. de tut. § l. 2. ff. de R. 7.* ibi enim habetur fæminas ab omnibus officiis publicis & civilibus esse remotas. Novo tamen Jure Mater & avia admittuntur ad legitimum tutelam liberorum, si renunciaverint secundis nuptiis & SCto Velleano *Aut. Matri. Cod. quando mulier tut. offic. fungi potest. § nov. 118. Cap. 5.* Unde recte infertur etiam testamento mariti posse uxorem dari liberis tutricem: quo tamen casu invita non cogitur tutelam subire, sed si maritus alios liberis dederit tutores frustra his volet præferri uxor dicta. *Nov. 118. cap. 5.*

## X.

Minores annis xxv, & furiosi non admittuntur ad tutelam, testamento tamen dati tutores tunc erunt, cum alter major, alter sanæ mentis factus fuerit. *§. 2. inst. qui testam. tut. dari poss. l. ult. cod. de legit. tut. l. 12. l. 17. ff. de tut.*

## XI. Ex

## X I.

Ex filii-familias tutoris administratione tamen Pater in solidum non aliter tenetur quam si filio gerenti consenserit. *l. 7. ff. de tut.* qui quidem consensus in tutela testamentaria evidentiozem declarationem quam in dativa exigere videtur. *l. 21. ff. de admnistr. tut.*

## X I I.

Servus proprius tutor esse non potest, nisi datus sit *vid. §. 1. inst. qui testam. tut. dari poss.* alienus tamen servus non nisi sub conditione (cum libererit) tacita vel expressa tutor dari poterit *dicto. §. 1. in fin. qui testam. tut. dari poss. vid. harp. ad dictum. §. 1.* si vero proprius servus non à scripta libertate à domino tutor constitutus sit, is ipse ex præsumpta testatoris voluntate, non fidei commissariam sed directam consequitur libertatem *§. 1. qui testam. tut. dari poss. §. l. 32. §. ult. ff. de testam. tut.* nisi aliud evidenter sensisse aut voluisse defunctum appareat *vid. harp. ad hunc. tit.*

## X I I I.

Post legitimam tutelam sequitur dativa cui tamen aliquando etiam ante legitimam locus datur, ut puta si tutela testamentaria ad tempus cesserit, vel etiam si semel quidem consistere cæperit, tutor ve-



## 8 DISPUTATIO JURIDICA

ro testamentarius postea excusatur, vel remotus fuerit. *l. 11. §. 1. & 2. ff. de testam. tut.* Secus si dies vel conditio ad quam usque testamento tutor datus erat, extiterit: (quia perinde est acsi decessisset tutor eo ipso tempore) vel testamentarius ante sive post ipsum testatorem decesserit. *l. 11. §. 3. ff. de testam. tut. & l. 6. ff. de legit. tut.* Tunc enim non dativo, sed legitimo tutori locus erat. *dd. ll. excipe nisi pupillus plures habuerit tutores & unus vel alter tantum ex his discedat uno adhuc superstite manente dicta. l. 11. §. ult. ff. de testam. tut.* Ergo quæstionis an idem sit si aliquis post vel ante testatorem discedat? quod affir. quia dicti textus generaliter loquuntur.

## X I V.

Ipsa tutoris datio (si Jus Justinianicum attendamus) neque Jurisdictionis neque imperii est, sed ei soli competit, cui hoc nominatim lex vel Senatusconsultum vel princeps permisit. *l. 6. §. 2. ff. de tut. l. 2. ff. de offic. Jurid.* Hanc autem potestatem lex etiam magistratibus municipalibus dederat, licet postea desideratus fuerit jussu præfidis. *l. 3. l. 19. ff. de tut. & Curat. dat. §. sed hodie inst. de atill. tut.*

## X V.

Insignis præterea oritur quæstio; an tutela ex Jure gentium, an ex Jure Civili Introducta sit:  
prius

prius affir. per §. 6. *inst. de atill. tut.* Sed formam accepit à Jure Civili. §. 1. *inst. de tut.*

XVI.

Magis tamen insignis est quæstio, quâ quæritur antutor vel Curator remotus oblatam Culpam fiat infamis? *Affir. §. 6. inst. de suspect. tut.* Ubi dum culpa opponitur dolo; sine dubio culpa lata nihil aliud est quam dolus. *l. 226. ff. de verb. significat.* ideoque dolo vix opponi solet, sed sub dolo sæpe continetur; item in culpa lata existentem, fraude non carere explorati Juris est. *l. 32. ff. de pos. & l. 1. §. 2. si mens. fals. mod. dix.*

XVII.

Supereft ut videamus, quænam actio nascatur ex administratione tutelæ, nascitur autem duplex actio, directa & Contraria: directa tutelæ actio est actio in personam bonæ fidei, quâ tutor finitâ tutelâ tenetur reddere rationes suæ administrationis: & datur pupillo, contraria actio datur tutori contra pupillum ad repetendas impensas utiliter factas, & ad id quod ratione gestionis sibi abest, vel ab futurum est. *l. 1. princ. §. ult. & l. 9. ff. de contrar. tut. & util. act. juncta l. 3. cod. eod.* Ne officium suum sit damnosum *l. 61. §. 5. in fin. ff. de furt.* quod & procedit, si plus impenderit, quam est in facultatibus modo expediens fuerit pupillo, ita tutelam administrari: sin minus dicendum est pupillum ab-

solvi oportere : *l. 3. in princ. ff. de contr. tut. § util. act.* Habet enim tutor ejus quod debetur compensationem dicta. *l. 3.* estque in arbitrio illius, utrum velit Compensare an sumptus petere, *l. 3. § 4. ff. de contrar. tut. § util. act.* Judicis vero est cognoscere an tutor ex officio sumptus fecerit dicta. *l. 3. in princ.*

## X V I I I.

Sed quæritur, an tutor permittatur sibi solvere pecuniam, à patre pupilli sibi debitam : *affir. l. 9. § 5. ff. de administ. tut. l. 78. §. 1. ff. de contr. empt. l. 8. cod. qui tut. vel curat. dari poss.* ratio hæc videtur esse, quia tutor non tam cum pupillo negotium contrahit vel distrahit, eique officium suum non debet esse damnosum, quod foret si solvere non posset, & cum nulla in hoc Casu sit suspicio fraudis *l. 1. § 3. cod. quando decreto opus non est. fachs. controvers. lib. II. cap. 46. tuld. in cod. de auct. prest. num. ult.*


## X I X.

Auctoritatem intendenda re pupillari necessario requiri, cuilibet notum est, ergo disputare lubet, an tutor rem pupilli emere possit? *Neg. §. ult. inst. de auct. tut. l. 34. §. 7. ff. de contrab. empt. l. 1. § 7. ff. de auct. tut.* quia in hoc Casu præsumeretur fraus, & foret idem quodammodo emptor & venditor, quod improbandum. *l. 5. §. 2. § ult. ff. de*

INAUGURALIS. II

*de auct. tut. l. 46. ff. de contrab. empt. Bronc.  
Miscell. controvers. centur. 2. assert. 4. tuld. in  
cod. de auct. praest. Zoef. ff. eod. tit. num. 9.  
Mynsing. num. 2. Schneid. num. 1. vinn. inst. ad  
§. ult. Wesemb. ad §. ult.*

F I N I S.



Typographi, des R. L. L. L. L.

IN A U G U R A L I S

de ... ff. de ...  
et ...  
et ...  
et ...  
et ...

F I N I S



And ...  
requ ...  
in ...  
et ...  
et ...  
et ...